

# Genesis

Incipit liber Genesis.

Capitulum primum.

## In principio.

Omnia diuisionibus curiosis: accipio illam que magis consue- ta est dici. Quia enim sacra scri- ptura diuiditur in duas partes: videlicet in veteris et nouis testa- menti: ita quod licet tota sacra scri- ptura sit de deo tanquam de subiecto: tamen prima pars principaliter e de deo tanquam creatore et gubernato- re. Secunda vero de deo tanquam redemptore et glorificatore. Pri- ma pars videlicet veteris testamenti diuiditur in quatuor partes: videlicet in libros Lega- les: Historiales: Sapientiales: et Prophetiales. Et quod veteris testamentum et nouis se habet sicut rota in me- dio rote: vnde habetur Ezech. i. ca. Ideo nouum testamen- tum consimiliter diuiditur: quia legi in nouo testame- to correspondet euangelium. Libris sapientialibus: cor- respondet epistole Pauli: et aliorum apostolorum. Li- bris historialibus: correspondet actus apostolorum. Libris prophetarum: correspondet Apocalypsis. Circa primam partem veteris testamenti que dicitur libros le- gales: videlicet quinq; libros Moysi: considerandum quod lex non datur nisi per se communitati populi adma- trado primo describitur adunatio fidelis populi sub- cultu vnius dei: quod fit in libro Gen. Secundo descri- bitur legislatio populo adunato et hoc fit in Exo. et duo- bus libris sequentibus. Tercio ponitur predicte legis repetitio: et explicatio: et hoc fit in Deutero. Quia in duas: quia primo Moyses ostendit nature humane p- ductionem. secundo ipseus propagationem. iij. ca. ut sic procedat ad electionem fidelis populi et distinctio- nem eius ab infideli populo per successiones generati- onum: ut patet infra. Circa primum considerandū nam electio facta est propter mixta: et mixta inanimata propter mixta animata: et imperfecta propter perfecta: ut plante propter animalia: animalia vero propter ho- mines. Item ad eius nutritionem: et viuamentū. Cor- pora etiam celestia facta sunt quodammodo propter ho- minem sicut dicitur deutero. iij. ca. Sic forte oculis ele- uatis ad celum videas solem et lunam: et omnia. astra celi: et errore conceptus adores ea: et colas que creantur co- muni deus tuus in ministerium cunctis gentibus. Et ideo primo describit corporalis creature productione generaliter. Secundo hominis formationem specialiter: ubi dicitur: Et ait faciamus hominem etc. Circa primum tria facit scriptura: quia primo exponit opus creationis: te- cundo opus distinctionis seu formationis: ubi dicitur: deus fiat lux. Tercio opus ornatu seu dispositionis: ubi dicitur: et ait deus fiat luminaria. Opus creationis describitur ante omnem diem. Opus distinctionis pri- mis tribus diebus. Opus autem ornatu alius tribus diebus sequentibus. et septimo die requieuit deus a no- uis creaturis condendis. sicut non sententia Hiero. in epi- stola ad Paulinum presbyterum de omnibus sacre scri- pture libris principibus Gen. est tantis obscuritatibus inuolutum: ut ante. lxx. annos apud hebreos non le- gatur et huiusmodi obscuritates satis apparent ex va- riis et multiplicibus expositionibus tam doctorum he- breorum: quam catholicorum circa ipsum. Et quia consu- so est tam intelligentie quam memorie inimica: in modo vi- tare talem multitudinem expositionum: illarum ma- gis que a sensu literali remote videntur: cui sensui in- tendo insistere sicut gratia a domino mihi datam. Igitur circa principium Gen. sunt tres expositiones solennes ad quas alie videntur reduci. Prima est ipsius Aug. qui illos sex dies exponit: non prout important succes- sionem temporis: sed prout dicunt cognitionem auge-

licam relatum ad sex genera rerum conditarum. Ista autem cognitio angelica duplex est: una est rerum in genere primo et hec dicitur vespertina: quia omnis creatura ad deum co- parata qui est lux per essentiam: tenebra est. Alia est co- gnitio in verbo: et hec dicitur matutina. Et sic exponit fa- ctum est vespere et mane dies vnus. inquit angeli cogno- uerunt lucem productam et a tenebris diuisam in genere proprio: et hec dicitur vespere. Et rerum in verbo: hec di- citur mane. et eodem modo de aliis diebus sequentibus. Sed ista expositio videtur nimis longinqua a literali sen- su: maxime quia sicut alios sanctos et doctores Moyses rudi populo loquebatur: qui non poterat capere spiritu- alia: sed tamen copiosa et grossa. et ideo de productione an- gelorum non fecit expressam mentionem. Et iterum quia populus ille pronus erat ad idolatriam: si fecisset menti- onem de creaturis spiritualibus et inuisibilibus coluisset eas tanquam deos. et ideo ista expositio que longinqua vide- tur a littera dimittatur. Alie autem due expositiones vi- dentur propinquae littere: et ideo intendo eas proficui. et procedunt sicut varias opiniones de natura materie posi- tas a philosophis. Et ideo primo videndum est de hoc: nec mirum si circa hoc diutius immoremur: quia ex hoc de- pendet intellectus operationis sex dierum: que hic descri- buntur multum obscure. Igitur circa naturam materie corporaliū tres sunt opiniones solennes. Præter omnes co- mentator libro de substantia orbis: quod in corporibus cele- stibus non est materia proprie dicta que est pars substan- tie compositæ: cuius ratio est: quia materia proprie dicta que est in genere substantie est potentia contradictionis ad esse et ad non esse simpliciter. talis autem potentia non est in corporibus celestibus que sunt incorruptibilia: ut ab omnibus supponitur tanquam verum est. et ideo si aliqua- do in corporibus celestibus a philosophis dicitur esse ma- teria: hoc est large accipiendo in quantum subiectum accipi- tur pro materia: quia est ibi subiectus motus localis et po- tentia ad vbi. Alii autem dicunt quod in corporibus celestibus est materia que est pars substantie compositæ: alioquin corpora celestia essent forme actu intelligibiles: quia esse a materia separate. Item quia ibi est quantitas: que seq- tur materiam: sicut qualitas formam sed est alterius rati- onis quam materia corporum elementorum et mixtorum quia in ipsa est tamen potentia ad formam quam habet et ad nullam aliam: sicut materia solis est solus in potentia respectu forme quam habet et non alterius. et sic e de aliis corporibus celestibus: propter quod corpora celestia sunt incorruptibilia. Materia vero elementorum et corporum mixtorum est in potentia ad plures formas: que non possunt simul esse in materia: et ideo quando est sub vna forma est in potentia ad alias que caret: et sic habet priuationem amara. propter quod præ- dicta corpora sunt corruptibilia: quod priuatio semper machi- natur ad maleficium: ut dicitur. i. p. b. Alii vero dicunt quod in cor- poribus celestibus est materia: et quod est eiusdem rationis cum materia generabili et corruptibili. cuius ratio est quia materia substantia est sui posse sicut in mentatozem et p. h. m. et ideo circumscripca omni forma materia que est in genere sub- stantie et est pars composita: non potest intelligi nisi pura pote- tia. Quia igitur actus sit qui distinguit et per meram poten- tia nulla potest esse distinctio videtur quod circumscripca p. in- tellectu omni forma corporum corruptibilium et incorrupti- bilium non remaneat aliquid nisi hec materia possit distin- gui ab illa: sed remanet vnus simpliciter rationis in cor- poribus celestibus et corruptibilibus. Ite sicut Augustinus. li. cosel. Materia est prope nihil: ita quod nihil potest excogi- tari intermedium. Si autem in corporibus celestibus est materia alterius rationis quam in elementis oportet quod ista ratio sit no- nihil: quod ignobilior non potest esse: ergo magis recedit a nihilo: et per consequens potest rationem materie: et accipit rationem forme. verum tamen licet in ipsis sit materia eius- dem rationis: tamen corpora celestia sunt incorruptibilia: in- feriora autem corruptibilia. Cuius ratio est quod sicut p. h. m. li. de sensu et sensato: sicut terra non agit et patitur ad inui- ces in quantum huiusmodi: sed solum in quantum per antea habet: ideo corpora elementaria et mixta que forme substantiales